prophetico in sanctis suis laudare iubemur. multo mag
eum in hac celebritate semper virginis matris eius
oportet cum laudibus et hymnis diligentius extol
lere et dignis deo iubilare preconiis ac mysticis hono
rare muneribus. Nulli dubium quin totum ad gloriam lau
dis eius pertineat quidquid digne genitrici sue impen
sum sollempniter fuit exhibitum. Tu. Agapi
ti martyris non fit memoria nisi memoria cum coll. Agni et mag
ni In vesperis dicitur a. Iam pro fidem. V. Exultent iusti in. Oratio
Adesto domine supplicationibus nostris et intercedente
beato magno martyre tuo ab hostium nos defende propi
tius incursu. Per. Ad mat. suffr. a. Fulgebunt iusti. V.
et colle. ut supra. Tymothei et Symphoriani festum oc
currit in octava assumptionis marie. et peragitur in die pro
xima ante octavam assumptionis secundum ordinem subscriptum.
Ad vesperas super psalmos feriales a. Iam pro fidem. V. Letamini in domino.
In evangelio a. Sanctus Symphorianus extra murum ductus et a
persecutore prostratus natum vovit deo. Coll. Auxilium tuum
nobis quesumus domine placatus impende et intercede
ntibus sanctis martyribus tuis Tymotheo et Symphoria
no dexteram super nos tue propitiationis extende. Per. Ad
suffr. a. Maria virgo assump. V. Diffusa est gratia. Oratio
Concede nobis quesumus omnipotens deus. ad beate. Capl. de beata virgine
pro toto. Ad mat. invit. Regem virginum. Ser. R. de natalibus div.
Sub aureliano quodam principe cum adversus Lc. i.
christianos persecutionis dira procella detonaret et ad de
lendam religionem catholice legis impii sui decre
ta converteret. erat tunc in augustidunensi urbe fau
sti nobilis viri filius nomine Symphorianus christia

BIBLIOTHEQUE NATIONALE R.F. MANUSCRITS